



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Richardi Arsdekin Soc. Iesu S. Theol. Professoris  
Theologia Tripartita Sive Resolutiones Polemicæ,  
Speculativæ, Practicæ, Controversiarum, & Quæstionum,  
etiam recentissimarum, quæ in Schola, & ...**

Missionarijs, & alijs animarum Curatoribus, & Theol. studiosis solerter  
accommodatæ ...

Complectens copiosè Resolutiones Theologicas, etiam modernas, ad  
proxim accommodatas

**Archdekin, Richard**

**Antverpiæ, 1682**

§. 4. Præceptum sumendi Eucharistiam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40873**

354 Pars 3. tract. 4. cap 4. De Sacram. Euchar.

Respondeo ad utrumque casum affirmativè.  
Quia præcepto divino de cavenda irreverentia  
Christo inferenda cedere videtur præceptum  
Ecclesiæ de prævio jejunio , & Eucharistia à  
Laicis non tractanda , & consentire videtur,  
*Suar. & Lugo hic num. 87.*

Quæres secundò, An si Laicus in articulo mortis  
alium Ministrum non habeat , possit Eucha-  
ristiam sibi ministrare , aut eam ab alio Laico  
suscipere ?

Respondeo affirmativè , idemque docet *Suar.*  
*Con. & alii 12.* cuius exemplum habemus in Ma-  
ria Stuarta Scotiæ Regina , dum ab hæreticis ca-  
stro inclusa teneretur : et si sint qui existimant ,  
eam ad hoc à Pontifice Privilegium accepisse.

§. 4. Præceptum sumendi Eucharistiam.

1. C ertum est , dari præceptum divinum gra-  
dum Eucharistiam tam in articulo mortis , quæ  
aliquoties in vitæ decursu : ita ex Scripturis ,  
& praxi Ecclesiæ declarat. *Trid. sess. 13. cap. 6.*

2. Per articulum mortis , hic intelligitur gra-  
vis morbus , periculus conflictus , difficile puer-  
perium , quale solet esse primum &c. *Suar. Vaf.*  
*alique* , nisi quis paucis ante illud periculum die-  
bus communicasset.

3. Non esse tamen mortale , in tali mortis  
periculo Communionem omittere , dummodò  
in Paschate eam sumpserit , docet *Sylvester* , *Sa.*  
*Fumus* , *Cajet.* v. *Communio*. Sed tenendam cen-  
feo sententiam his contrariam , quam docet *Sua-*  
*rez de Euchar.* *disp. 69. sect. 3.* *Henriquez lib. 8.*  
*cap. 4.* *Zambrius de Euch. cap. 3. dub. 1.* *Layman*  
*de Euch. in lib. 5. tr. 4. cap. 5.* cum *Paludano in*  
*4. disp. 9.*

Pars 3. tract. 4. cap. 4. De Sacram. Euchar. 355  
4. dist. 9. q. 1. a. 1. qui conatur tempus aliquod certum determinare hoc modo: si infirmus paulo ante v. g. octo vel decem diebus sanus communicavit, non tenetur iterum communicare in morbum periculosem lapsus; si vero longius tempus v. g. unius mensis a communione in sanitatem sumpta elapsum est, debet iterum communicare si incidat in praesens mortis periculum. Si etiam æger cum pericolosis tentationibus conflictetur sine alio remedio, per accidentem fieri potest, ut teneatur infra brevius tempus communionem sumere.

4. Probabiliter est, in mortis articulo dandam esse Communionem Pueris, quando sciunt Eucharistiam ab alio cibo distinguere, Layman, Suar. Lugo, D. 13. S. 4. n. 38. Damnatis ad mortem non licet judici sine gravi causa tempus ad communicandum denegare, Suar. Bonac. *alii que communiter.*

5. Et si Christus tempus Communionis, extra periculum mortis, non prescripsit, Ecclesia tamen pro eo determinavit tempus Paschale, quod communiter numeratur a Dominica Palmorum usque ad Dominicam in Albis inclusivæ: Aliquis tamen locis totam Quadragesimam comprehendit, & aliter extendi potest ex legitima loci consuetudine vel indulto: potest que Confessarius ex justa causa tempus prorogare, ut docet *S. & alii de quo fusiis Bonac.* D. 4. q. 7. p. 2.

6. Huic precepto non satisfit per indignam sive sacrilegam Eucharistiae sumptionem: imo duplex peccatum admittitur, unum contra reverentiam Sacramenti, alterum contra preceptum Ecclesiae requirentis communionem quæ non cedat in spiritualem ruinam suscipientis, aut

356 Pars 3. tract. 4. cap. 4. De Sacram. Euchar.  
aut in Sacramenti contemptum.

7. Probabilius est eum , qui non communi-  
cavit in Paschate , teneri postea supplere. *Suar.*  
*Bonac. Con. Lugo.* Non tenetur tamen præveni-  
re , qui prævidet se tempore Paschali impedi-  
dum , ut probabiliter docet *Suar. Azor. Gre.*

8. Tenetur quis Communionem Paschalem  
sumere in Parochia à Pastore suo , nisi hujus li-  
centiâ , privilegio , aut consuetudine eximatur.  
*Navar.* & *Suar.* hic D. 72. Sect. 2.

9. Sacerdos ubivis celebrando satisfacit præ-  
cepto communionis paschalis , *Bonac.* D. 4. q. 7.  
p. 2.

10. Eximuntur peregrini & vagi qui paro-  
chiam non habent , aut ab ea absunt.

11. Privilegium , quod aliqui allegant pro  
Communione Paschali datum Mendicantibus ,  
alii communius negant apud *Dianam* p. 2. t. 14.  
r. 73. neque consultum videtur cum Pastorum  
proprium est illo præfertim tempore pecoris sui  
vultum cognoscere , neque in ordine ad satisfa-  
ciendum præcepto consistit cum responso Con-  
greg. Cardinalium die 31. Januarii 1682.

Praxim disponendi ægrum , aut moribundum  
ad viaticum devotè suspiciendum vide infra in  
fine hujus operis. tom. 3.

#### §. 5. De Sacrificio Missæ.

**C**hristum in ultima Cæna non tantum Eu-  
charistiae Sacramentum instituisse , sed etiam  
Sacrificium Missæ ordinasse per Sacerdotes in  
Ecclesia perpetuò offerendum probatum est su-  
pra in Controv. p. 1. tr. 2. cap. 5. Hic resolu-  
tiones ad praxim spectantes breviter trademus.  
1. Te